

120

S. pl. Ep. Archigrammatis Vestri literis; Dilectissime Vir, frater in Christo plurimum
 laudabile, amandus; binos Amplissimi Magistratus Vestri Alumnos, Schoenholcerum et
 Kampffium, propetiam quoque Basilicam missum in intellexi. Quod quidem Confitium
 non solum probo, sed etiam laudo. Distentior enim in schola nostra commoratio
 ipsi facile fraudi potius, quam emolumento esse possent. Evidem Planta, quae
 sapientius transferitur, non coalescit: attamen, quia Non eadem sunt omnia tellus, nec
 omnia omnia parit et fundit ex sese terra, perhaecula magna nonnunquam cum
 utilitate conjuncta est. Habent studiorum et vita socias, a quibus amicitia qua-
 lam ad tempus divulsi et distracti videntur. Eorum complexu, societate atque
 confortatione ad diligentiam aucti inflammarique poterunt: duo enim illa nos
 maxime movent, similitudo et exemplum. Hinc praeterea etiam illud accedit,
 quod ad sacrum Ministerium properantes, in studiis maxime Theologicis, majore
 forte alibi, quam apud nos, cum fructu versari poterunt. Quidquid sit, Deum
 ex animo veneror, ut et has, et reliquas plantas, quae in nostro quaque, multo
 licet, et derelicto quodam acciperent incrementa solo, caelestis rose benedictio-
 nis rigare pergat, ut in dies ingravescant, tandemque, quae studiorum multitas,
 et quanta fruges industria sunt, haurientes probent. De meo autem in Vestros stu-
 dio, diligentia, labore id tibi persuadere velim, mihi nihil unquam antiquius fu-
 isse, quam ut et tunc, et reliquorum Virorum apud vos doctissimorum, Favorum
 atque Amicorum, perpetuo honoris et amoris cultu prosequendum, expectationi
 solisque facerem. Utinam vero conatibus semper responderet vacatus! Spero ta-
 men, vos, pro singulari Amicitia vestra, in benigniores omnia interpretaturus
 partem, meque Vestram erga me benevolentiam, habita occasione, porro per-
 specturam. Deinde neum parvis, in doctissime, tecum communicare visum
 est Confitium. Vestris saepe discipulis non tam studium et diligentiam, quam ne-
 cessaria desesse subsidia, nostri. In Latinis quidem, quos defilerare possint aulicos,
 non video: in Graecis vero, inopi eos laborare insipiam, hactenus existimavi.
 Huic ergo mederi volens, de edendis aliquot in lucem ex Chrysostomo et Basilio
 Orationibus, nec non ex iisdem, et aliis forte etiam Patribus Dinartho, seu
 selectionibus, studioque Juventuti, ad formandos maxime mores, meo quidem ju-
 dicio, apprime utilis et necessarius, solite cogitare coepi sententias. His omnibus,
 et quae de loco, ex Christianorum Praes. Graecae, ditto otta opuscula quaedam,
 una cum Compendio doctrinae de Praes. Graecae, addere constitui. Quod si in Vestri
 quoque usum Gymnasii aliquid praeterea addi posse existimare, liberè illud monendo,
 rem faceres et diligentia tua dignissimam, et meo in te Vestrosque studio gratissimam.
 De eadem fidelis tuo dealbari possent panes. Judicium et sententiam tuam avidè ex-
 spectans, me, meoque studio favori tuo diligenter commendo. Venerando D. Deca-
 no, ut et reliquis in Christo Patribus Fratibusque saluten verbis meis nunciabis plu-
 rimam. Tiguri, VI. Calend. Octob. M. DC. LVIII.

R. D. A.
 addictissimus
 Job. Casparus Jovianus.

Reverendo doctissimoque Viro, D. N. Sebastiano
 Höggero, Ecclesiae Sangallensis ministro vigintiduo
 mo, et Gymnasii Rectori dignissimo, amico
 et in Christo fratri peramanter colendo.

Sangallium.

Grano.

[Faint handwritten text, mostly illegible due to fading and bleed-through from the reverse side.]

[Handwritten address and names:]
Venerando et doctissimo viro,
Dno Sebastiano Haegeno, Librario
in Curia Vaticana, Bibliothecario
et Symonico Senyallensi, Rectori
collegii S. Romani ac in Christo
suo fratri plurimum colendo, a
mando.

[Handwritten name:]
Senyalli.



S. pl. Promissi mei; Viri Reverende et Doctissime, frater in Christo plurimum co-
lende; memor, Specimen Oratorum Graecorum, in usum Collegii nostri editenda-
rum, mitto. Caradei quidem exilis est, non tamen inelegans, et huic satis
conveniens abati. Ipta etiam exilitas meum mutabit consilium. Cum enim
una scheda longe plura capi videam, quam ab initio animo fingebar, non tan-
tum de una desineps, sed de multis dimittendos horum Centuriis, ex praecipuis Eule-
siae Graeca doctorum scriptis, sollicitus ero colligendis. Hac etenim ratio-
ne, id me tandem consecuturum Confido, quod non ego tantum, sed plures
etiam alii desideraverunt. Nimirum, ut studiosis satis
latus ad sese exercendos in hac lingua Campus aperiretur. Aperiretur
autem non in quavis obvio, et exiguae utilitatis autore; sed in is scriptis
et monumentis, quorum utilitas ipsi aequari possit viti. Ea enim mihi
in primis placent, quae non ob eorum tantum, et dictionum elegantiam,
sed ob sententiarum quoque epimium in omni vita usum, nostro studio
atque diligentia merito digna sunt. Reliquorum impressis aliquandis,
ob editionem Manualis factoris, jacebit. His interim frui licet. Sed
et alia. Ex aliis fortasse antea, me Lexicon Graecum ex solis scriptoribus
Ecclesiasticis colligere, audivisti. In hoc opere ab aliquot annis non con-
temnendos, ut spero, progressus feci. At jam autorum inopia labora-
re incipio. Bassamon in Concilio, quo cavere non possum, nulli obvis:
et quamquam Epiphonius ex editione Basileensi haberi possit Parisiensis
tamen Petavii, omnibus aliis accuratior, et necessarius illustrata notis,
in nostris nunquam visa oris. Ita, siquid vel in his, vel etiam in aliis
rarioribus Patrum scriptis detegendis conatus meos juvare posses, rem
faceres et mihi gratissimam, et reipub. literaria non omnino multi-
lem. Patere, quapro, Viri doctissime, hoc tibi a me onus imponi. Ego vi-
cissim me meaque omnia tibi prolixè offero, spondeo. Hisce vale,
meaque amare perge. Saluta Venerandos Dn. Dn. Haegas meos ver-
bis officiosissime. Deproperabam Signi W. Cal. Decemb. 1657.

R. A. D.
addictissimus

Joh. Casparus Sincerus.

